1

Petrus Grochowski Gnesnen. Calt. Vieces Archidiaconus Lanciciae Regiae Majestatis Secreta rius ct Sede vacante Archi-ppli Administrator Metropolitanae Ecclesiae Gnesnensis.

Wszystkich i każdego z powszechna wszytk którzy byli obecni kierowany na świadków. Zostało nam przedstawione słowo do rzeczy (gołem) Zakonu Braci Mniejszych Zakonu S. Franc. Serafickiego ścisłej Reguły, Bern. Discal. i Reformy S. Antoniego. Imm. Dominus Jaspar Lasocki postanawia ze swoich włości miasta Brzezin Diecezji Gnieźnieńskiej Archidiakonatu Łęczyckiego dla większej Czci Boga we wspomnianym mieście Brzezinach Zakon wspomniany wprowadzić i tym Zakonnikom danym z pobożności klasztor i kościół postanawia zbudować do którego to wykonania grunt bądź próżny plac ze swojej własności do bramy ulicy która prowadzi do Rawy w mieście Brzezinach przy domu i przy pustym placu szlachetnego Alberta Pieronki obywatela Brzezin do bramy wspomnianej z jednej strony, a z drugiej do próżnego placu szlachetnego Stanisława Bolina położonego oddaje. To darowizne też stwierdza sami obywatele Brzezin zwołani wobec miejskiego urzędowego sądu Brzezińskiego - według Aktów w piątek po Święcie Podwyższenia Św. Krzyża 1624 r. - podpisano -

32 × 33
96
96
10.56

960 | 32
96 | 30.

30 × 32
60
90
960

+6
15

36
+15
30
3

16 16 17 16
·30 ·20 ·20 ·20
36 26 7 36

Erectio Conventus et Ecclesiae Brzezinen: Patrum Reformatorum

Praefatio.

Dum plura evanescunt Saecula, praetereunt momenta, omniaq Subjacent mutationi tempora; Non est mirum quin etiam et ea quae diligens nobis Posteritatis reliquit Calamus, alicui adversae non subjaceant opinioni. Ita sane compertum habeo ex pluribus Correctis Localibus Conventuum Archiviis, quod licet sit jam pri:dem Methodus porrecta, quae suis in Locis per Scripturam Conno:tari debuerant, Volumen tamen unum, Rerum Notabilium Ordi:nem capere ullo modo in se Continere valuit. Cà enim Caeli et Mundi Rectoris Providentia, quae disponit omnia, Sapientissime Coor:dinat Omnia, ac in bono Ordine Conservare vult omnia, dum Me hoc in Conventu Brzezinensi ad Aram Seraphici Patriarchae Sancti Patris Nostri Francisci collocavit; Intellexi; mei esse muneris, ut haec quae dispersa fuerant Collegerem, quae impertinentia eliminarem, quae sine ullo Ordine extiterant ad bonum reducerem Ordinem, fidelisq existerem in Conscribendo Locali Archivio: Quapropter benevole Lector scias quia neque Vituperii Causa aliorum, neque Sum ductus Animo inanis gloriae, Sed stimulatus Suavi Obedientiae Jugo, ac Paterna praeventus Benedictione hanc in Me Suscepi Scribendi Provinciam Cujus mandati Superioralis Talis Sequitur Tenor:

Fr Onuphrius Mystkowski Ordis Minrum S. P. N. FRANCISCI Reformatorum Almae Provinciae Majoris Poloniae S. ANTONII Paduani Minister PROVINCIALIS Multum Vnrdo Patri Jacobo Zatorski Ejusdem Instituti et Pro:vinciae in Cvtu Nro Brzezinen Scriptori Provinciae Salutem et Divinam Benedictionem:

Quo plures Religiosus Labor habet Operarios, eo magis Reli:gionis crescit Ornamentum; Cumq Singula Religionis Opera illuc tendere debeant, quo ducit virtus Obedientiae salutaris; Cujus Subli:mior, magisq meritorius est actus, quanto alacrius suscipitur, hila:riusq ad suum deducitur effectum. Hinc cum Nos Pttm Mdcam ad munus Scriptoris Provinciae in Conscribendis Conventuum Ar:chiviis optime aptum agnoverimus; Eandem de assensu Vblis Defi:nitorii Scriptorem Provinciae Archivorum in Conventu Nostro

Brzezin

Brzezinensi designamus, instituimusq. Suscipiat munus hoc Regulæ Sæ Concionum in merito Sæ Obedientiæ Laboris sui remunerationem a Deo recepturus. Valeat in Dño Nostri in Suis memor Orationibus. Datum in hoc Nostro ad S. P. N. rum Franciscum Conv. tu Voznicensi Anno 1794. Die 4ta Mensis Julii.

(L. S.) Fr. Onuphrius Reform. Min. Prov. lis mpp.

Itaq. præsens Scrutinium Antiquitatis expedire volo, non aliter quam Filius Obedientiæ, non de propriæ voluntatis indicio, sed de Superiorum mandato, non de mea Authoritate sed de meritoria (sit fassus sum:) Obedientiæ virtute huic me accinxi labori. ——
Quoniam verò modicissima Tibi videbuntur Lector benevole, maxime de Progressu Primæ Fundationis Ligneæ, quam Secundæ Muratæ Ecclesiæ et Cnvtûs hujus parce adinterim et ne reputes hoc meæ negligentiæ, sed defectui Primorum Scriptorum Archivorum Conv.tûs. Ego Scriptor Novi Archivii quæ repereram fideliter Connoto, nulla ommittendo tam adinventa quam ultro quæsita Documenta ideò de parcis Seminibus parce me metentem fateor, Cætera ut necessaria Sequenti expedio Pagina Sit: Itaq.

Erectio

Erectio Conṽtus et Ecclesiæ Brzezinensis Patrum Reformatorum. 1

1627.

Beatissimus Sanctissimusque Pater et Patriarcha Noster Seraphicus Franciscus, dum moriens suos præsentes can:
:cellatis in formam Crucis manibus benedixerat Almnos tantam eis largam contulit Benedictionem, ut possint consolari quod ex parvo magnus creverit Dominicus Grex, intantum Posteri lætare etiam nunc audeant, quod Efficacissima Divinissimi Patriarchæ Benedictio multiplicaverit Fratres, aluerit, fundaverit, Illosque plurimis in Locis stabiliverit. Et licet sparsa per Orbem Universum Cænobia effectum Benedictionis Paternæ jam con:
:secuta fuerint, hac etiam in Parte Divina Providentia in Oribus hujus Regni Poloniæ suos voluit habere Cultores, qui sui Patris exemplo exquirerent Animarum lucra, ac ad virtutem plurimorum accenderent Animos.

Devotissimus itaque erga Sanctissimum Patriarcham Seraphicum Franciscum Illustrissimus Gnrsus ac Mfcus Dnus Gaspar Lasocki Hæres mediæ Partis Urbis Brzeziny, situatæ in Palatinatu Lanciciensi Districtu Brzezinensi in ante hoc Districtu honorificante Titulis Cohabitantes in Ejusdem Circulo Proximos Nobiles, Titulis Vexilliferi, Venatoris. Ensiferi &cc Com:
:mitia vulgo Seymiki in eodem absolvi Consueverant usque ad Annum 1792. Hæc inquam Urbs Brzezinensis Continet Incolas hones:
:tos Cives cum Judæis Patres Familias ducentos, posita ab Urbe Petricovia millaribus Septem a Solis occasu, a Meridie: a Civitate Rawa millaribus quinque, ab Ortu Solis a Civitate Lowicz millaribus itidem quinque, ab Austro, à Civitate Lenczy:
:ca Millaribus Sex, ab Oppido Lutomiria millaribus quinque quæ posita est à Magno solis occasu.

I. Origo Fundationis et Locus

Continet hæc Civitas Ecclesias, Parochialem pervetustissimam Sancti Spiritus in Media Urbe, ac Sanctæ Annæ Ligneam in

Nova

2.
Nova Civitate penes ac proxime Nostro Conventui, quælibet dicta:
:rum Ecclesiarum Suos fovet Curatores, Animarum tamen Cu:
:ra penes Solam Ecclesiam Parochialem existit, ac tres Ejusdem
Ecclesiæ Sacerdotes aluntur, Præpositus cum Duobus Mansionariis
nec non Concionator ejusdem unus ex Nobis de quo Suo Loco.
Prænominatus Illrmus Fundator ac Hæres Mediæ Urbis Brzezi:
:nens accensus Divini Amoris zelo erga Proximorum Salutem
Sedulo Curavit, ut juvamen præstaret, Laudem Dei augeret, DEo quê
ex Suis bonis gratum exhiberet obsequium; In hunc finem exurgen:
:tem in Polonia Minoriticum Reformationis Gregem Sub Tutela et
Patrocinio S. Antonii Padvani voluit facere participem Suæ Hæredi:
:tatis, atquê amotis gravibus in hoc Casu Obstaculis, Coemit fundum
a Civibus Brzezinens. Loviciens. Volboriens: quem designavit ac ces:
:sit introducendis Fratribus Nostris prout liquidê patet ex approbatione
Illrmi Officii prælaudatæ Fundationis ut infra:
Fundum seu aream suam Certam Illrmus Gaspar Lasocki eam
nimirum quæ est inscripta Anno 1624. tantum obtulit, Fratres in
hunc Locum sunt introducti adhuc Illrmo Fundatore in vivis existente
Sed extructionem Conventûs primi mors ejusdem Fundatoris in alios
Fundatores transtulit.
Hæc Introductio Fratrum ad Civitatem Brzezinens facta est Anno
à principio Hujus Tituli posito, Sedente in Cathedra Petri et Univer:
:sam Ecclesiam Gubernante Sanctissimo PP. URBANO VIII.
2. Introductio Fratrum quo tempore Dominante in Regno Poloniæ Augustissimo SIGISMUNDO III.
Rege Tyrranorum et Turcarum Bellatore. Sede Vacante post
Mortem Celsissimi ac Rndissimi HENRICI Firley Archiepis:
:copi Gnesnens Leg: N: Reg: Pol: ac Mag: Ducat. Litt:
Administratore Illrmo ac Rndmo Dno Dno PETRO GROCHOWIC:
:KI Archidiacono Gnesne: qui prænominatus Illrmus Administra:
:tor approbavit Introductionem et Fundationem in Prædicto Brzezinens Loco
de qua inferius, nunc Sequitur Facultas pro Susceptione Loci Adm Rndi
Pris Commissarii Generalis, directa in Scripto ad Adm Rndum Prm Be:
:nedictum Bulakowski Custodem tunc Prviæ

Fr. ANTONIUS STROZIUS Ords Mrum Strictioris
3. Consensus A R Pris Commissarii p Fundatione Observantiæ in Regno Poloniæ Commissarius Generalis.
Rndo Pri fro Benedicto Bulakowski Concionatori Theologo
ac Majoris Poloniæ Custodi, Salutem à Domino.
Piis honestisq Illrmi Lasocii, nec non Adm Rndi Domini
Præpositi

Præpositi Lasocij, Conventum Fratribus Nostris Reformatis in eorum Bonis in Loco Brzezinensi existentibus fundare et ædificare peroptantibus benignè annuentes, harum serie R. P. Tuæ de Cujus zelo et prudentia plurimum in Domino confidimus licen:tiam et facultatem impartimur, ut in hac parte vices nostras supplen:do possit et valeat modo Nobis licito, et Consueto sumere Possessio:nem præfati Loci, et omnes ac Singulos Actus hujusmodi legitimam ac validam immissionem Possessionis Concernentis exercere. Valeat Datt: Varsaviæ Die Nobris. 14ta. Ao. 1626

L. S.

Fr. Antonius Strozius Commissa. Gnrlis Poloniæ mpp.

Præhabitâ hac Licentiâ Adm Rndi Pris Commissarii Gnrlis pro suscipiendo Loco in Fundationem apto ac Commodo in Civitate Brzezinensi Supplicatum est itaq. per Illrmum ac Msum Dnum Gasparum Lasocki Fundatorem ac per Adm Rndum Custodem Illrmo Admi:nistratori pro Approbatione Fundationis in dicto Loco Brzezinensi qui ad petitionem Illrmi Fundatoris delegavit suos Commissarios pro Revisione Loci, jam autem Adm Rndo Patri Custodi hac respondit Epistola:

Reverende Pater
et Amice Observande

Powiedenze Czas y od WMci miałem Listy y drugie z Brzezin od Jchmu Xiezy Kommissarzow ktorychem tam słał. A wyro:zumiawszy dispositionem Loci y inne okolicznosci tego tam mieysca Brzezinskiego, daie in scriptis Konsens moy WMci aby tam Zakonnicy Ordis WMci mieszkac mogli na tam tym mieyscu y Pana Boga chwalic co szerzey WMc z rescriptu mego wyrozumiec będziesz ra:czył: A proszę tez WMci abys WMc zalecic mnie raczył Bracisz:kom swoim y sam w Ofierze Swiętey nieprzepominał. Zalecam się przy tym Łasce, Miłosci y Nabożnym Modlitwom WMci w Gnieznie 29. Januarii 1627 4. Epistola Illrmi Administra:toris circa Fundationem

WMc zyczliwy po Zaw. Zawsze gotow
P. Grochowicki Archidyak. Gniezne mpp.

Reviso itaq. loco per Perillres Canonicos ac Commissarios designatos ab Illrmo Administratore, Quem Illrmus Administrator tale rescriptum edidit Cum Facultate sequenti prout sequitur:

Petrus

4.

PETRUS GROCHOWSKI

Gnesnen Pultovien Archidiaconus Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius et Sede Vacante Archi-Eppli. Administrator. Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnen.

Universis et Singulis quorum interest præsentibus his Nostris significamus. Expositum esse Nobis pro Parte Religiosorum Fratrum Minorum Ordinis Seraphici Sancti Francisci Observantiæ Strictioris Bernardinorum, Reformatt. Discalceatorum, reformationis S. Antonii: Qualiter Gnrsus Dnus Gaspar Lasocki, Sortium suarum Oppidi Brzeziny Diæcesis Gnesnen Archidiaconatus Lanciciensis Cultus Divini in dicto Oppido Brzeziny augendi causa, Religiosos Prædictos in Oppidum Brzeziny inducere ac Eisdem Monasterium et Ecclesiam zelo piæ devotionis erga Ordem Illorum accensus extruere intendit, ad quem effectum fundum seu aream Suam certam hæreditariam ad Portam Plateæ qua Ravam descenditur in Oppido Brzeziny penes Domum et aream Honesti Alberti Pieczonka Civis Brzezinen ad eandem

5 Portam Constitutæ ex una, et Aream Honesti Stanislai Belma ex altera partibus Situatam: Eam nimirum quam sibi ab Oppidanis certis Brzezinen Loviciensis et Volborensibus coram Judicio Bannito particulari Brzezinen de Actu Feriæ Sextæ post Festum Exaltationis Sæ Crucis in Anno Dni Millesimo Sexcentesimo vigesimo quarto inscriptt. in agro Woycikowski dictt una cum prædio in eodem agro sitt jacentem penes agros Szczepankowskie et Sembic Oppidanos Brzezinen longitudinis trium cum medio stadiorum in eodem prædio seu area prædii ejusdem, latitudinis vero duodecem Sulcorum, tum et Hortum penes eandem Aream jacens sibi per honestam Dorotheam Famati olim Joannis Roziemnik relictam Viduam et Albertum Filium Artium Liberalium Bacalaureum, inter Hortum Hospitalitatis Sci Spiritus ab una, et fundum præfati Dni Gnrsi Lasocki latitudinis et longitudinis prout in se antiquitus extat, una cum particula certa agri post hortum præfatt jacen longitudinis Medii Stadii, latitudinis vero Sulcorum sex, tum et partem agri sibi per Honestam Reginam Uxorem Jacobi Aptekarz coram Judicio Civili Brzezinen sitt Szczepankowskie dictt sex Sulcorum jacen penes agros olim Joannis Roziemnik et Hortum Hospitalitatis Brzeziny sitt: sibi cum eisdem inscriptionibus, ligamentis, intromissionibus, tuitionibus cum omni jure et Possessione præmissorum, prout earundem Arearum et Hortorum longitudo et latitudo per Nostros Commissarios

Consensus Illmi Officii Archi-Diæcesani pro Fundatione

ext

est assignata, et declarata, reservato sibi agro in confinio ejusdem prædii in longum et latum prout in se continetur in fundo Hæreditatis Oppidi Brzeziny sitt, dedit, donavit, inscripsit, et resignavit, Pro parte tam eorundem Religiosorum quam dicti Gnrsi Dni Gasparis Lasocki, a Nobis petitum fuisse quatenus hujusmodi piam Intentionem promovere et super Extruc: :tione hujusmodi Monasterii et Ecclesiæ Nostrum Illi consensum præbe: :re dignaremur. Nos hujusmodi pium Cultus Divini promovendi Stu: :dium benigne complexi, providere cupientes, ne per celerem Nostrum ad præmissa assensum, cuiquam præsertim vero Ecclesiæ Parochiali Brzezinensi aliquod inferre possemus præjudicium, pro summenda suf: :ficienti Informatione statuq et mentis ejus Negotii, Adm Rndos Dnos Venceslaum Paprocki Gnesnens Martinum Bilawski I. Uq Doctt Lanciciens Canonicos deputaveramus, qui suis in Personis ad præfatum Oppidum Brzeziny se se contulerunt, statumq et merita hujus negotii diligenter examinaverunt, atq Nobis per Litteras suas nullum omnino, quod verebamur, Ecclesiæ Parochiali Brzezinensi vel cuipiam alteri ex Nostro, præmissis assensu præjudicium oriri, imò verò plurimum inde ad Cultum Divinum promovendi salutemq omnium fidelium lucrandam subsidii sequi posse significaverunt. Quâ quidem Nos Informatione sumptâ, non gravatim assensimus præfatoq Fundatori ut prædictos Religiosos Ordis Seraphici Sti Fran: :cisci Observans Strictioris Bernardinorum Reformatorum Discalceatorum Provinciæ Sti Antonii, quorum vita ac morum sanctitas Regulam Ipsorum juxta Reformationem arcta Observantia, et alia præclara in Ecclesia Dei merita Nobis plurimum comprobata sunt, in locum suprafatum Oppidi Brzeziny de Licentia Ipsorum Superiorum inducendi, Monasterium et Ecclesiam ibidem extruendi, Dictosq Religiosos ibidem manendi, Divinas Laudes juxta suæ Regulæ institutum peragendi, sine tamen præjudicio Ecclesiæ Parochialis Brzezinens intra cujus fines et limites Locus iste ad dictum Monasterium et Ecclesiam construendam consistit; Potestatem dedimus et nihilominus Rndo Dno Joanni Lasocki Præposito Eccleæ Parochialis Brzezinens: ut per eum in dicto loco pro Ecclesia et Monas: :terio prædicto extruendo designato Crux Lignea servatis Ceremoniis in talibus servari solitis figatur, Licentiam et facultatem concessimus prout Authoritate Ordinaria quâ fungimur hac in parte consensimus, Potestatem damus, Licentiam impartimur, tenore præsentium mediante Quas infra manu propriâ subscripsimus et sigillo Nostro communiri fecimus. Datum Gnesnæ Die 29. Mensis Januarii Annô Dni Millesimo sexcentesimo Vigesimo Septimo.

Petrus Grochowicki Archidiaconus et Administr Eccleæ Metropolis Gnesns mppa

(L. S.)

Ego Joannes Lasocki Præp

1. M. Fr. Antonius Strozius Commiss: G. dat licent. ædificandi Cntu Brzezinen. 1626.
2. Epistola Mrmi Grochowicki Sede vacante Administr: G. in qua dicat se misse licent. ædificandi Cntu in Oppido Brzeziny 1627.
3. Licentia ejusdem Administratoris pro erigenda Cruce, et extruendo Cntu Brzezinen. 1627
4. P. Prosper à Galbiato Commiss: Aplicus intendit erectionem Crucis SS Bernardinorum in Oppido Brzeziny 1628.

L.S.

Prepositus Brzezineng executus sum hanc Commissionem Die 18. Februarii Anno Dni 1627. quod propria manu et Sigillo attestor.

Ex hoc Consensu Illrmi Administratoris ArchiDiœcesani satis liquide patet, Fundum assignatum esse Stadiorum Quatuor protensum in Longitudinem, in latitudinem viginti quatuor Sulcorum, utrum in toto Contineatur Locus pro habitatione et Usum Fratrum assignatus, vel si quid aliquo tempore Contra piam Intentionem Fundatoris sit avulsum nulla facta est Mentio. Ego Pr. Jacobus Zatorski hujus Archivii Scriptor dimensus sum totum fundum tam in Circulum muros quam Contigua Prata. Die 29. Mensis Aprilis Annô Dni

6. Fundum Longitudo & latitudo ejus 1795. Murus circa circum sive Fundum circa mœnia Conventûs quo obductum est Monasterium Ecclëa Area, Officinæ, Hortus, Continet Cubitos Nro 916. dico Nongentos sexdecem.

Pratum contiguum Cœmeterio vocatum ab Antiquo Syndylowizna ex una parte muro à Cœmeterio, ex tribus partibus obvolutum sæpibus in longum Cubitorum extat 133. in latum vero Cubitorum 46.

Pratum alterum post Hortum Majorem a parte Meridii circumductum ab una pariete muro ex aliis partibus sæpibus habet Cubitos in longitudinem 213. dico ducentos tredecem, in latitudinem 125. dico Centum viginti quinque

Pratum Tertium in quo Crux Trabalis est erecta, post Aream Convtûs inter Hortos Civium Brzezing avulsum à Conventu stadio uno circiter obductum sæpibus in Circulum est Longitudinis Cubitorum 172. dico Centum Septuaginta duorum. Latitudinis - 120. dico Centum viginti. Hos Pratos quis assignaverit, donaverit Cesserit Conventui Nro Brzezing: an Fundator vel Civis aliquis quo anno in Possessione Illorum sit Convtûs nulla reperitur mentio probari tamen potest ex sequentibus prout infra patebit: quod ad Conventum pertineant ubi de Commutatione Locorum. Pag: 10. n: 17.

Ego reddeo ad primam descriptionem Documentorum circa Fundationem necessariorum, et quidem: Dum jam erecta fuerat Crux Die 18. Februarii et Fratres Nostri Introducti, Solemniter per

7. Introductio Fratrum Perillrm Adm Rndm Dnum Joannem Lasocki Præpositum Brzezineng: 1627. Anno. Facta est æmulatio inter Patres Bernardinos dictos, Cnvtûs Loviciens et Nostros, qui dicti Patres de Observantia impediebant Possessionem Nostris hujus Loci Brzezinensis ideo

13. Consensus Celsissi: Loci Ordinarij datus Eppo Wladislavien ut possit consecrare primam Ecclesiam Brzezinensem 1639.

ideo factus est recursus in hac Causa a Nostris Patribus ad Adm. 7.
Adm. Patrem Prosperum à Galbiato Commissarium Gnrlem qui
in sequenti forma tale edidit Mandatum prout sequitur:

Fr. Prosper à Galbiato Ord. Minorum Observ.
S. Francisci Reformatorum Provinciæ Austriacæ et Reform:
:mæ Custos. Et in Reformationibus ac Provinciis Regni Poloniæ
cum plenitudine Potestatis ex Ordinatione SSmi D. N. Urbani
Papæ VIII. Commissarius Generalis.

Cum ad notitiam Nostram delatum sit, Patres Bernardinos Loci Nostri
Lovicien. Majoris Poloniæ, Crucem pro extruendo sibi in Oppido Brze:
:zinen: Monasterio, quamprimum erigere velle, idque sine scitu et Consensu
Nostro. prospicientes paci publicæ inter Patres Bernardinos ac Reformatos
debitæ asservandæ (: præsertim cum in præfato Oppido Patres Reformationis
fundationis suæ fundamenta primitus jecerint:) ne forte me inscio una Pars
ab altera in passu hoc aliquam injuriam seu præjudicium patiatur; conatus 8. Controversia
dictorum PPrum Bernardinorum ad Nostrum eo adventum hisce Nostris Cum PPbus
suspendimus, omnibusq̄ Patribus illam Fundationem prætendentibus sub Bernardinis
pœna inobedientiæ ac Excommunicationis ipso facto incurrendæ præcipimus,
ne quippiam circa id negotium citra scitum Nostrum exortum, ante adven:
:tum Nostrum attentent, nec Crucem in Loco præfato erigant; quod si jam ere:
:xerint, amplius progredi non præsumant, sed ita Nostrum adventum præsto:
:letur. Quia enim Oppidum illud non adeo opulentum esse, nec multorum
Fratrum mendicantium capax intelleximus, hinc est quod eo adventus Noster
ob videndam negotii præsumpti possibilitatem vel impossibilitatem, tum propter
utriusq̄ partis satisfactionem desideretur, ubi tamen Omnia DEO dante sine
horum et illorum præjudicio disponemus. Datum ex Convtu Nostro ad
S. Barbaram Przeworscii. Die 12. Decembris Aº 1628.

(L. S.)

Fr. Prosper à Galbiato Commissar.
Gnrlis ut supra manu propria

Posteritas nihil quidquam notavit, nec servavit, qualiter progressum fuerat
in Causa hac cum Patribus de Observantia Cnvtus Lovicien. utrum præ:
sens aderat Adm. R. Pater Commissarius, vel aliquem loco sui pro trutti:
nanda hac Lite miserit, Certum est non aliter fuisse alias forsitant non
subsisterent Nostri, sed quid quid sit, sufficit quod pax Fraterna servata
Deo adjuvante et Cum gratia Dei permanent hucusq̄ Nostri Patres Re:
:formati in Pacifica Possessione Primæ Fundationis et Introductionis suæ.
Obtenta igitur Possessione, et Cogitanti Pio Fundatori de extructione ali:
cujus Claustreoli pro Introductis Patribus, impedivit ulteriorem progressum
inevitabilis mors piissimum Fundatorem Cui præcidit vitam et Executionem pii
desiderii. Deus

8.

DEus Qui sperantes in se plurimum juvat & de Pullis Corvorum est Ipsi Cura pluris juvit Orbatos Introductore Fratres, nam adinterim cohabitantibus in proximis Domibus post sui Introductionem Fratribus, (illud ignoratur per quale temporis Spatium:) providit pium & Nostri Amantissimum Fundatorem videlicet: Illrmum Gnrsum ac Mfum Dnum Adamum Wolski, qui cum

9. Ligneum Claustrum — Charissima Consorte sua Secundum Pauperrimum Statum Nostrum accomodatissimum ædificavit Ligneum Claustreolum quo Anno nullibi invenire potui, præter brevissam Connotationem Fundatoris. Eundem itaq̀ puto esse qui sepultus reperitur inter Benefactores Mortuos ad Annum Domini 1707. fol: 5. n. 41. præter hunc nullus est hujus hominis Wolski.

10. Ecclesia Lignea — Ecclesia Prima sive Capella ex Lignis est ædificata per Mfum Dnum ac Gnrsum Martinum Wilkowski & benedictione simplici, sicut notat antiquus Scriptor, est dedicata, per aliquot annos sic persolvebatur Devotio in illa, elapso aliquorum annorum Spatio, in Convenientem formam redacta est hæc Lignea Ecclesia atquè solenniter consecrata ab Illrmo ac Rndmo Mathia Lubinski Eppo Vladislaviens et Pomeraniæ vide Tit: Solem: Dom: Ao 1639. ubi de Campanarum etiam benedictione. fol: 2. n. 3. Sol: Dom:

11. Campanæ in Turri — Nolæ seu Campanæ Majores his annis sunt Comparatæ, quis illarum sit Fundator reperire non poteram, solum Illarum Consecrationem de qua alibi: Tit: Solem: Dom: fol: 2. n: 3.

V°

Verum etenim Fratres in Pauperculo habitantes Claustreolo & in Deum spem jacientes ac in sui Providentiam, plurima experti sunt exinde Bene-

12. Muratus Conventus — ficia, præcipue à Honestis hujus Civitatis Civibus ex quorum munificentia larga hic præsens stetit Muratus Conventus ac Circa Aream hortum, Cœmeterium Obductio Muro circa Circum, quo Anno Nihil penitùs notatur præter supra scripta, Series Horum Specialium Benefactorum suo ponitur Loco: vid: Tit: Benefac: Vivi.

1670.

Ea est Miserentis DEI gratia, quod licet Ei plaucrit Primævos Introductores Fratrum Nrum ad Oppidum Brzeziny, è vivis tollere per mortem, tamen resuscitavit Illos in Posteris et Successoribus eorum, qui piam Intentionem Illrmi ac Mfci Dni Gasparis Lasocki ad perfec-

13. Templum Muratum — tiorem deduxerunt metam; Nam Illrmus ac Mfcus Dnus Adamus Lasocki Capitaneus Sochaczeviens cum Illrma sua Consorte Theophila ex Uminsciis Lasocka hoc supra specificato Anno Muratæ Ecclesiæ prima posuit fundamenta, Illrma enim Fundatrix de propria dote elargita est Florenorum Polonicalium Viginti Millia, quæ Morte Filiæ suæ Charissimæ Virginis Dorotheæ ad hoc pium Opus est excitata in Anno 1680. Cadente ac totaliter quo ad Muros et aliqua interna ornamenta Anno 1700 finita et perfecta atq̀ Consecrata.

Ecclesia

Ecclesia hac Murata in Sua Longitudine extat in Majori Choro Cubi:torum 30. dico Triginta, in Latitudine verò Cubitorum - 18. et medium dico Octodecem et medium - In Minori vero Choro Longitudinis est Cubitorum 20. dico Viginti in Latitudine vero in Choro Minori 12. dico Duodecem. 14. Longitudo et Latitudo Templi

Quia vero adhuc plura desiderabantur ædificia tam intra Viscera Con:ventûs quam in Area ejusdem Subsequenti Anno inferiùs posito tale ab Adm Rdo Pre Mnro Pvli protunc Joanne Capistrano Cieklelio emanavit Mandatum quod sequitur

1697

In Nomine Domini Amen.

Structuris Nostrorum Conventuum et Eorum ædificiorum cum suis Officinis, cum et Consonus Statui Nostro modus, et necessaria facul:tas juxta tenorem Generalium Statutorum declarari, delineari et præscribi soleat. Hinc et Nos pro Munere Officii Nostri ad Continuandum Con:ventûs Nostri Brzezinenś ædificiorum residuum, sicut cum Divina et Nostra Authoritatis benedictione, MVPtti hujus Convtûs Guardiano lar:gam impertimus licentiam; ita exhortamur, obsecramus, et injungimus, ut ad porrectum sibi delineamenti præscriptum, secundum Normam Sta:tûs Nostri Construantur et erigantur Officinæ et habitationes Fratrum nihilq quod Novitatem sapiat, aut Curiositatem redoleat, aut defor:mitatem aut infirmitatem prætendat, ut in posterum cum jactura et detri:mento Eleemosynarum destrui, et de novo reparari postulet, ædificetur. Volumus Statuimus et præsentibus Nostris declaramus. In Refectorio sint unius formæ Fenestræ nec aliæ aliis minores vel Majores, cum ali:ter factæ dissone et Contra Usum generalem Nostræ Proviæ forent. Re:clusionis locus alias Carceres honesti, lucidi, bene tamen muniti et obserati quamprimum in apto loco signentur et extruantur. Officina la:teritia tempestate et Ventorum Turbine ad Terram quassata, cum hæc prin:cipaliter sit usui, Commoditati et Opportunitati ad parandos et Coquendos lateres, sublevetur, reparetur, et restauretur. Crux Major ritè refor:mata et cum Reliquiarum Capsulis Comparata, in templi medio suble:vetur et erigatur. Hæc dum pro Merito Salutaris Obedientiæ servanda Superioribus præsenti et futuris ejus Convtûs proponimus, præmium Su:pernæ Retributionis sperandum appromittimus. In quorum firmiorem fidem præsentes manu Nostra subscriptas sigillo Proviæ muniri fecimus. Datt in hoc Nostro ad San: Antonium Cnvtu Varsavienś Die 3tia Mensis Maji. Aō Dñi Millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo 15. Continuatio Fabricæ

L.S.

Fr. Capistranus Cieklelius
Minister Provincialis mpp

1699.

Illustris ac Mfcus Dnus Franciscus in Kołacin et Kobylin cum Con:
juge Sua Marianna Pakoszewska, præter alia Beneficia Conventui
16. præstita huic Ecclesiæ Muratæ decorem addentes, ac suum affectum
Capella in aditu Ecclesiæ — magis ostendentes Fratribus Nostris, nec non internum erga SSmũ
Patriarcham Nostrum Franciscum amorem firmantes, in honorem
Ejusdem SSmi Patriarchæ Capellam Muratam suo extruxerunt
Sumptu quæ est Contigua huic Ecclesiæ per Modum Atrii in Intro:
:itu ad Ecclesiam cum duplicibus Foribus. Hoc Atrium sive Capella
non est insimul fundata sed Anno hoc specificato.

De commutatione Horti Mandatum tale est emanatum hoc Anno ex Con:
:gregatione Varsaviensi Die 11. Septembris Sub Provincialatu Adm Rndi
17. Patris Ludovici Borzewski Concernes Brzezinens Cnvtus Fundum
Commutatio Horti — Ne autem excessivi Zelatores qui inordinato Zelo suo propriam magis æsti:
:mationem quam Legum quærunt Observantiam in futurum habeant ansam
et occasionem inutiliter zelandi, decrevimus et Concludimus circa bona immo:
:bilia Nobis injuriose imputata ut Hortus Conventui vicinus, inter quem et
Conventum via mediat, estq ex Opposito Portæ Majoris ejusdem Conventûs
post publicationem præsentium à Syndico Apostolico commutetur aut
:vendatur. Quid cum hoc Horto sit factum nihil est determinatum
neque Connotatum ab Archivariis, præter supra Scripta.

1708.

Die 2da Julii. Ex Congregatione Gedanensi Sub Provincialatu Adm
18. Rndi Pris Fulgentii Jesse. Talis facta est Dispositio circa Domum
Demoliatio Domus — ad Cnvtum Nostrum Brzezinens Sitam ad eundemq pertinentem, quæ mul:
:tis à Sæcularibus solet esse offendiculo. Decernimus, ut hæc totaliter de:
:molictur, fundusq ejus adnectetur Sepibus ejusdem Conventûs. Quæ illa
fuerat Domus ex qua Cnvtus parte, nihil inveni à Prioribus Archivariis
Signatum.

Inter Benefactores Singulares Omisso Anno et Die invenitur Funda:
:toris Horologii Magni in Turri Ecclesiæ Mentio, solus per me ipsum
19. verius documentum sciscitans tale in Cymbalo Majoris Horologii ad
Horologium Magnum — inveni quod Sequitur: Alexius Sluski Vicarius Brzezinens
hoc Cymbalum una Cum rotis Horologii pro gloria DEI et Imma:
:culatæ B. V. MARIÆ Comparavit Gedani Anno Dni MDXIV.
Sunt hac Literæ fusæ insimul cum Cymbalo quæ deleri non possunt
sed quo Anno supradictum Horologium Conventui sit Donatum
ab Adm Rndo Dno Alexio Sluski Vicario Brzezinens Ecclesiæ
nihil posteritas reliquit scitu dignum, præter hæc: Quod sit Horologii
Magni Largitor Alexius Sluski Prædicator Skrzynensis. Deus ignos:
:cat Negligentiæ Illorum.

1712